# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 24 [heute: Baltimore, The Walters Art Museum, Ms. W.30]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 38.



Cod. XXIV. deest 1. 2. ff.

membran. 4. colum. Sec. 14.

Threni cum glossa Giselberti Autissiodorensis.

Eleganter scriptus est, et imaginibus ornatus. Continentur in eo Threni seu Lamentationes et oratio Jeremiae Proph. cum triplici glossa sive comentario historico, morali et alegorico, quem Giselbertus Autissiodorensis diaconus collegit ex scriptis SS. Patrum, maxime Paschasii Radberti, Gregorii M. et Origenis. Evincitur id ex subscripto, quod legitur circa finem comentarii, nempe: „Sufficiant hec ad „expositione lamentationū iheremie, que de patrū „fontib9 hausi ego Giselbertus autissiodorensis ecclie „diaconus." Textus S. Scripturae omnino vulgatae edit. convenit. Ceteroquin hic Codex adeo rarus non est, ut quibusdam videbatur; in multis enim exstat Bibliothecis, uti videre est apud Oudin. T. 2. p. 1015. Bibl. Mss. Taurinens. Tom. 2. cod. 715. p. 227. Le long. Biblioth. Sacra, part. 2. pag. 744.

Giselbertus, Gislebertus, Gilbertus, aliis etiam Sillebertus, ob scientiam Universalis dictus, ex Autissiodorensi diacono Episcopus Londinensis, obiit trans Alpes versus Romam profectus, ut scribit Wharton. ao 1134. die 10 Aug. Scripsit praeter alia Comentarios in totum V. et N. Test. Plura de eo si cupis, consule supra citat. Oudin. Le long. in super Henr. Wharton de episcopis Londinens. p. 51. item ejusdem eccles. Anglic. T. II. p. 698. et Cave Script. ecclstic. Hist. Litt. ad an. 1128 p. 576.

Manus videtur esse Sec. 14.

Die Handschrift befindet sich jetzt (1991) in Baltimore/Maryland, The Walters Art Gallery, nr. 388 (laut Exkursion des Institutes für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Programm S. 27), 1928 vom Antiquariat J. Rosenthal gekauft

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 24 [heute:  Baltimore, The Walters Art Museum, Ms. W.30]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27393